



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

22. An si aliquis Baro, v. g. qui habet etiam aliquam procuram alicuius
Universitatis, possit in Parlamento dare diversas voces, ut Baro videlicet
respondei affirmativè, & ut Procurator negativè? Et ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

vota sua, & iudicauerunt pro alia parte. Et ita scio euenisse in pluribus electionibus.] Ita Molfesius. Debent etiam declarare aliquam petitionem faciendam Serenissimo Regi pro publica aliqua necessitate, vel utilitate Regni. Item, an exactio pecuniarium ab Vniuersitatis pro soliendo donatiou efficiatur diligenter, & debito modo a Commissariis, & ab illis, qui tenentur hoc facere. An pecunia destinata in Parlamento pro facienda aliqua re in beneficium Regni, reuera ad hoc expendantur; & similia, quae prudencia, & zelus boni publici cum modestia, & charitate exponda dictabit.

RESOL. XXII.

An si aliquis Baro, v.g. qui habet etiam aliquam Procuram alicuius Vniverstatis, possit in Parlamento dare diversas voces, ut Baro videlicet respondendo affirmatiu, & vt Procurator negatiu?

Et infertur, quod Confessarius, & Responsor casuum conscientiae potest vni iuxta unam opinionem probabilem, & alteri iuxta aliam consulere.

Et quid dicendum est de indice in indicando, & ferente sententiam, cessante scandalu? Ex p. 1. tr. 3. Ref. 10.

§. 1. IN terminis loquens de Parlamento negatiu responder ad hanc questionem Borell. in add. ad specul. Prin. Petri Bellug. rubr. 45. nisi qui dedi ei potestatem dandi vocem, expressisset, cui vellet dari: nam tunc posset diverso modo vota sua pronunciare. Sed ego puto, in hoc casu distingendum esse: nam, si res illa determinanda in Parlamento, habet rationes probabiles pro eius iustitia, & iniustitia; & tunc si non adest scandulum, potest quis, vs Baro, v.g. dare votum suum affirmatiu, & vt Procurator dare votum negatiu: nam in utroque Quoad hoc votum sequitur opinionem probabilem: & sic Confessarius deferas in sulari, & responsor casuum conscientiae potest vni tom. 8. tr. 1 iuxta unam opinionem probabilem, & alteri iuxta contrariam etiam probabilem consulere, vt nota Valsquez in part. 2. tom. 1. disputatione 62. cap. 9. num. 47. signanter & Sanchez in Opere moral. tom. 1. lib. 1. c. 9. num. 20. §. vlt. * Sup. hoc qui n. 25. * notat, posse etiam Iudicem nunc secundum notato in to. vnam, nunc secundum aliam opinionem probabilem 8. tr. 1. Ref. indicare; & hoc cessante scandalu, quod cessaret in 20. §. Hinc cau. nostro, si ille, qui tali modo votaret, diceret rationes probabiles pro parte affirmatiu, & negatiu. Sed hic casus in praxi raro in Parlamento potest accidere: & ego consuleren semper iuxta eandem opinionem, vota emittenda esse, vt emittere debet Baro, & habens plures terras. Et hoc recte notauit Aponte de potest. Proreg. nr. 4. §. 1. n. 13.

RESOL. XXIII.

An sufficiat ad donatiuum contribuendum, vt concurredit maior pars Congregatorum?

Et docetur, quod in Parlamento huia regni Sicilia opus est, vt brachium Ecclesiasticum semper concurrat. Ex p. 1. tr. 3. Ref. 27.

Sup. hoc in fra in Ref. 35. §. 2. Ref. 27. §. 1. R. Espondeo affirmatiu: & ita docet noster Aponte in tract. de potest. Proreg. quem citat, & sequitur Valenzuela con. 99. num. 62. Verum est, quod in Parlamento huia Regni Sicilie, si non concurrit brachium Ecclesiasticum, etiam si ex brachio Domaniali, & Militari maior pars concurrat, non sufficit vt donatiuum Regi tribuatur; sed opus est brachium Ecclesiasticum semper concurrere.

RESOL. XXIV.

Verum aliquis possit se subiicere determinationi facta à maiori parte comitorum, licet ipse contrariae votino emiserit?

Sed difficultas vero est, quando major pars concurredit aperte rem iniustam; an tunc qui se subiicit sententia conclusa à maiori parte, peccat non taliter?

Et explanatur licitum esse in moralibus sequi opinionem probabilem, probabiliori relata, etiam & in tiori. Ex p. 1. tr. 3. Ref. 30.

§. 1. R. Espondeo distinguendo: nam, vel opinio maioris parti habet rationes probabiles; licet pro minoris parti sententia adhuc probabilitates; & in hoc casu puto, minorum partem posse subiicere: nam in moralibus licitum est sequi opinionem probabilem, probabiliori relata, etiam tamen ut docent septuaginta Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez in Opere moral. tom. 1. lib. 1. cap. 9. non. 14. quibus ego addo Martinez in par. 2. tom. 1. quod. 13. art. 6. dub. 6. concl. 1. Sanctuarium variar. ref. par. quod. 5. 9. n. 4. Granado in par. 2. contr. 2. tract. 1. disputatione 4. sect. 3. num. 23. Becanum in summa Theol. part. 2. tract. 1. cap. 4. quod. 9. num. 15. Salam de leg. quest. 96. tract. 14. disputatione 13. sect. 1. num. 5. Locum in part. 2. tom. 1. dis. 39. membr. 1. Villalobos in summa, tract. 1. difficult. 10. num. 2. Bonacamus in legib. disputatione 2. quod. 4. punct. 9. num. 4. Reginaldi in praxi, tom. 1. lib. 13. cap. 10. sect. 1. Filiiuecum in quod. moral. tom. 2. tract. 21. cap. 2. num. 12. & alio. Quidquid in contrarium asserat ex neotericis Comitolis in responses moral. lib. 5. quest. 15. Et ratio est, quia ille, qui se subiicit sententie illorum, qui amplexati sunt opinionem probabilem, sequitur consilium prudentum hominum satis rationabiliter agentium: sed, qui prudenter agit, non peccat ergo, &c. Deinde, si teneremur probabilitorem, & non rem eligere, intolerabile onus esset, & maximus angustrum scrupulis in investiganda opinionem veritate, & probabilitate. Igitur, quando aliquis, seu minor pars Comitorum se subiicit sententie à maiori parte de terminata, non peccabit, etiam si opinio maioris parti esset minus tuta, & minus probabilis.

§. 2. Difficultas vera est, quando maior pars concurredit aperte rem iniustam in praetidicium Regni: & videtur prima facie etiam affirmatiu respondendum ex autoritate leg. quod maior pars ad municipal. & l. aliud. §. referunt. ff. de regulis iur. vbi precipit quod totum id, quod fuit à maiori parte conclusum, & validum teneatur, At his non obstantibus, negatiuum sententiam omnino veram esse iudico. Dico igitur, se subiicentem sententie conclusa à maiori parte Comitorum, qua eidem apparentia, peccare mortaliter. Ita communiter DD. quos citat, & sequitur Pater Joan. Maderigaz in libro de Senaru, capit. 35. §. 4. & ita dicitur in Exod. 23. [Ne sequearis turbam ad faciendum malum; nec in iudicio, plurimorum acquiescas sententia, & vi a vero deuies.] Et ratio est: quia ita se subiicentes, eis participes executionis iniustæ sententia, & conciliostrum conscientia dicte.

§. 3. Sed asserunt aliqui, hoc esse licitum duobus modis. [Firmase (ponam ipsa verba Maderigaz, vbi supra) con protestio en el negocio, que no puede uno con seguridad de conciencia firmarlo solamente. El segundo es, quando despues de haber firmado